E VITT. EMANUELE

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
13 A
5

1581

ACHILLIS STATII
LVSITANI

DE REDITTIB. ECCLESIASTICIS
QVI BENEFICIIS ET PENSIO
NIB. CONTINENTVR.

Commentarioli. II.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE,
Apud Heredes Antonij Bladij Impreſſores Camerales. Anno. M. D. LXXXI.

5.20.F.61.

ACHILLES STATIVS ECCLESIASTICOR. BONOR. CVPIDIS SAL.

QVia ſuperior huius opuſculi editio, quod ex alior. ſermonib. lubens intellexi, multis profuit, plurimos mouit ſic, vt ſanari aliquando poſſe viderentur, de iteranda editione cogitandum putaui, ſi forte quod prior editio adfeciſſet, poſterior conficeret. Secutus ſum ſcilicet medicor. ſpẽ atq. exemplũ, qui, quem morbum primum non potuerunt depellere, ſed inpulerũt tamen, repetitis, & quidem maiori bus artium ſuar. copijs eodem incũbunt, & quod voluerunt demum efficiũt. Quod vobis velim fratres

in Chriſto cariſsimi, quor. vel in animis quae adſolent, vel nondum ad ſalutem ſigna ſunt, etiam cõtingat. Certe quidem, quod medici cõſueuerunt, id quoque nos fecimus, auctis nimirum copijs peſtilentem morbum ex animis veſtris profligare conati. Plantamus, rigamus, det vtinam incremẽtum Deus, ſemen multiplicet, & frugũ noſtrar. augeat incrementa. Valete.

ACHILLES STATIVS
LVSITANVS,
MARTINO AZPILCVETAE NAVARRO,
viro ornatiſs. ac iuriſconſultiſs. in Domino Salutem.

CVM iampridem in eadem, qua tu, cogitatione verſatus, de tota Eccleſiaſticae pecuniae ratione commentariolum mihi ipſe cõfeciſſem, eum domi ſcilicet ſeruaui tamdiu, atque in ſinu prope cõtinui, quoad noſtrae aetatis hominũ ea de re opiniones exploraſsẽ. In quibus tu iſta auctoritate, virtute, eruditione dignam ſententiam princeps dixiſti, & vero etiã litteris publice mãdaſti. Quae tametſi propter nominis tui magnitudinem, & admirabilẽ iſtam in omni genere laudis praeſtantiã, apud omnes homines plurimũ valet, quia tamen vir ſingulari pietate, ac doctrina praeditus Franciſcus Turrianus in eãdẽ ſententiam pedibus iſſet, ac manibus, idque elegãtiſsima ad Laodicenſem Epiſcopum epiſtula declaraſſet, tritam ſatis iam eſſe viam putaui, qua ceteris, quibus idem videretur, ingredi liceret. Ergo ego qualemcumque lucubratiunculã meã perire nolui, ad teq. mittendam putaui, vt ſi probares ipſe dux, & auctor ſcriptionis huius, manare tuto poſſet ad ceteros, ſin inprobares, equidem non recuſarem, quo minus etiam periret. Hic vero labor ipſe meus mihi, Deo ẽſt gratia, plurimũ, ſi praeterea nemini, profuit, multumque religionis iniecit, ne

ſaeculi noſtri contagione infectus eo prolaberer, quo cupidi hodie multi mortales, atque ambitioſi praecipites feruntur. Neque vero, qui me ne deno mine quidem fortaſſe noſti, ad te ſum veritus ſcri bere, quem olim Conimbrigae, vbi mihi nutriri, ac doceri puero contigit, gentis meae praeclariſſimum doctorem, ac magiſtrum, inter ceteros & obſeruaui, & ſum maxime ſemper admiratus. *Itaque* me, & tua in omnes bonarum artium ſtudioſos humanitas, & ſummum in gentem meam ſtu dium tuum, idemque vtriuſque noſtrum ſenſus inpulerunt, vt te ſcripto nunc, et ſi non dedignabere, coram etiam fidenter conuenirem. Sed iam demum quam propoſui ad rem adgrediar.

Principio quod ad rem maxime pertinet, quaerédum videtur, cuiuſmodi ſint res ipſae Eccleſiaſticae, id vero eſt, a quibus profectae, atq. oblatae, quibus item de cauſſis, & quos denique in vſus ex eorum, qui obtulerint, ſententia ad Epiſcoporum pedes, qui ſunt ipſi ſucceſſores Apoſtulorum, delatae. quod ipſum aperte quidem, breuiterque declarat Aquiſgranenſe Concilum cap. CXVI. in quo ſic eſt. Res Eccleſiae, ſicut a ſanctis patribus traditur, & in ſuperioribus capitulis continetur, vota ſunt fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum: fideles namque fidei ardore, & Chriſti amore ſuccensi, ob animarum ſuarum remedium, & caeleſtis patriae deſideriũ, ſuis propriis facultatibus ſanctam locupletem fecerũt Eccleſiam, vt his & milites Chriſti alerentur, & Eccleſiae exornarentur, pauperes recrearentur, & captiui pro temporum opportunitate redimerentur. Quapropter vigilanti, ac ſollerti cura prouidendum

dũ eſt eis,qui eius facultates adminiſtrãt,ne eas in ſuos ſolummod o vſus cõuertant, ſed magis iuxta poſſibilitatẽ rerum Chriſto famulantiũ,immo eo rũ,in quibus Chriſtus paſcitur & veſtitur, curam gerere penitus nõ neglegant.ex his, opinor, intel legis uota fidelium,pretia peccatorũ,quibus Chri ſti patrimoniũ cõtinetur,quo pertineant,referantur,ſpectent.Nimirũ vt alantur milites Chriſti,or nentur Eccleſiae,redimantur captiui,pauperũ ſub leuetur inopia.In alẽdo autẽ veſtiendoque ſobrie tas adſit,& Chriſtiana illa vereque aurea mediocritas.Sit ut cibus aduerſus famã atque ſitim, ut aitille,nõ libidini,neque luxuriaet.itaq.doctrinã ſaluatoris noſtri Dei ornemus in omnibus. Appa rúit enim gratia Dei ſaluatoris noſtri omnib.homi nib. erudiẽs nos,vt abnegãtes impietatẽ,& saecu laria deſideria,ſobrie, & iuſte,& pie uiuamus in hoc ſaeculo,expectantes beatam ſpem,& aduentũ gloriae magni Dei, & ſaluatoris noſtri *IESV* Chriſti. Eandem ſobrietatem Timotheo commẽdans ait,miniſterium imple,ſobrius eſto.Intellegis etiam illud,cuiuſmodi eſſe oporteat horũ bonor. adminiſtros, non opulentos, non inprobos, ſed rebus neceſſariis contentos, ſed probos. quib. ſi eiuſmodi non ſint,bonis Eccleſiae,& eo rum interdicitur adminiſtratione.operaepretium eſt hoc loco etiam cognoſcere,cur neceſſaria tantum clericis eccleſia ſuppeditet.id quod beati Au guſtini verba,quae ſunt apud Valfridum Strabonẽ de rebus Eccleſiaſticis cap. xxvii. declarãt.Cũ itaq.inquit Iudaicus populus praeceptũ decimarũ tanta diligentia obſeruaret, ut de minimis quibuſ que oluſculis, ruta uidelicet, menta, & cymino,

Ad Titum Cap.II.

II.ad Timo.I5.

Mat.23.

 vt ipſe

vt ipſe Dominus teſtatur, decimas daret, cur non maiori ſtudio plebs euangelica eandem impleat iuſsionem, cui & maior numerus ſacerdotum, & ſincerior cultus Sacramentorum? Ideo ergo dandae ſunt decimae, vt hac deuotione Deus placatus largius praeſtet quae neceſſaria ſunt, ſicut ſuperius oſtendimus, atque ut Sacerdotes & miniſtri eccleſiae cura & ſollicitudine neceſsitatum corporalium, quibus ſine haec uita tranſigi non poteſt, releuati liberiores fiant ad meditationem diuinae legis, & doctrinae adminiſtrationem, atque ſpiritalis ſeruitij uoluntariam expletionem, & vt munus populi in cottidianam oblationem Domino inmoletur, nec non ſecũdum ſtatuta canonica in ſuſtentationem pauperum, & reſtaurationem eccleſiarũ proficiat. Quattuor enim partes iuxta canones fieri de fideliũ oblationib. debent, vt vna ſit epiſcopi, altera clericorũ, tertia pauperũ, quarta reſtaurationi eccleſiarum ſeruetur. In eãdem sẽtentiam Vrbanus Pont. Max. Res Eccleſiae fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. non ergo debent in alios vſus, quam in eccleſiaſticos, & praedictorum Chriſtianorum fratrum indigentium conuerti, quia vota ſunt fidelium, & pretia peccatorum, atque ad praedictum opus explendum traditae. Si quis autẽ, quod abſit, ſecus egerit, videat ne damnationem Ananiæ, & Sapphyrae percipiat, & reus ſacrilegij efficiatur, ſicut illi effecti ſunt, qui pretia praedictarum rerum fraudati* ſunt. Haec fratres valde cauẽda sũt, & timenda, quia res Eccleſiae nõ quaſi propriae, ſed vt communes, & Domino oblatae cum ſummo timore, non in alios, quam in praefatos vſus fideliter

*Sic eſt in veteri lib.

fideliter ſunt diſpenſandae, ne ſacrilegii reatũ incurrant, qui eas inde abſtrahũt, vbi traditae ſunt, & quod peius eſt, anathema maranatha fiant, & ſi non vt Anania, & Sapphyra fecerunt, mortui ceciderint, anima tamen, quae potior eſt corpore, mortua, & alienata a cõſortio fidelium cadat, & in profundum Barathri labatur. & quae ſequuntur. Egenorum quoque ſumptum dicit Sanctus epiſcopus Anbroſius in epiſtula ad Valentinianum Auguſtũ; Poſſeſsio, inquit, eccleſiae ſumptus eſt egenorum. Numerent, quos redemerint templa captiuos, quae contulerint alimenta pauperibus, quibus exulibus viuendi ſubſidia miniſtrauerint. *Id* ipſum videtur ſignificare beatus Hieronymus in catalogo ſcriptorum eccleſiaſticor. vbi de Philone, deque primum Chriſto credentium eccleſia, Nullus, inquit, inter eos diues, nullus pauper. patrimonia egentibus diuiduntur. Itaque ſi res eccleſiae pauperum ſunt patrimonium, earum pauper eſt dominus, & quidem iure optimo. quod ius quicũque violat, cũ iuſtitiae leges euerterit, quos laeſerit, quibuſque iniuriam intulerit, obſcurum eſſe non poteſt. Neque vero ſum neſcius, quid altario deſeruientibus, ac miniſtris Euangelij, quid ſacris reficiendis atque ornãdis aedibus debeatur, & inter quos erciſceri hereditatem hanc oporteat. Sed idem tamen contendo, illos ipſos a pauperum non eſſe numero ſeiungendos, ſic tamen, vt gradus, dignitatiſq. eorum ratio habeatur, quam tueri ſumptibus poſsint neceſſarijs. & cum res ita tulerit, vt alterutrum neceſſario ſit omittendum, fabrica potius, aedificiorumque, ac totius Eccleſiaſticae ſupellectilis pauperum cauſſa multo ſit ipſa cura

ſa cura poſterior, immo verò res Eccleſiae, ſi neceſſe ſit, diſtrahi, diuendiq., aurum, argentumque conflari, & in vſus pauperum conuerti oporteat Quod quam uere a me poſitum ſit hoc loco, poſtea videro. id modo conſtet, res Eccleſiae pauperum dici bona, pauperum eſſe patrimonium, pauperum pecunias iure meritoque appellari. quod ſi eſt, perſpicuum etiam eſt, horum bonorum diſpenſatores quidquid interuerterint, quidquid vitio adminiſtrarint, ac flagitioſe luxurioſeq. perdiderint, diſſipauerint, effuderint, Chriſti pauperibus abſtuliſſe, eoſq. lege repetundarum teneri. Namq. quod nonnullorum pace dixerim, quam eſt illud leue ac friuolum, quo tamquam perfugio ſolent vti, peccatum confitentes, ſi quis acceptam pecuniam Eccleſiaſticus minime Eccleſiaſtice, & vt religioſum virum decet, expenderit. Ergo patronus, qui pecuniam, remq. omnem ſuam domeſticam ſeruo, vel diſpenſatori cuicumq. adminiſtrandam commiſerit, ſi parum bona vel nulla etiam fide in aliena pecunia verſabitur, vtriq. ſcilicet optime cautum putabimus, ſi diſpenſator, vel potius ipſe tantum patronus fuiſſe peccatum intellegat, nihil ſibi reſtitui poſtulet, ſcutica ſolum, ac flagello contentus ſit. Tu vero, inquit, doce, quae me contingit, quamq. mihi Epiſcopus, & Eccleſia portionem tribuerit, cum arbitratu meo male conſumpſerim, eſſe quod pauperibus reſtituam. Equidem nihil eſſe, quam vt id doceam, puto facilius, modo illud teneamus, miniſtro eccleſiae neceſſaria tantũ tribui, aut ipſum ſibi ſuppeditare debere. Nã ſi nec Epiſcopo licet, niſi quibus tantum indiget, quia videlicet bona ſunt pauperum atq. indigentium

tium, Eccleſiae rebus participare, ſic enim loquitur canon XXV. Antiocheni Concilij, quid Clericis infra Epiſcopum liceat, omnes intellegimus. Beatus Proſper, cuius etiam auctoritate multum ſunt vſi Patres in Concilio Aquiſgranenſi, lib. II. de vita cōtemplatiua, in eandem ſententiam ſcribit interpretans Apoſtuli verba e priore ad Chorinthios epiſtula, apud quem inter cetera ſic eſt. Quid eſt aliud de Euangelio viuere, niſi laborātē inde, vbi laborat, neceſſaria percipere. Atque antē Proſpetum B. Hironymus de vita Monacho, Clericoque inſtituenda, Si autem ego, inquit, pars Domini ſum, & funiculus hereditatis eius, nec accipio partem inter ceteras Tribus, ſed quaſi leuita, & ſacerdos viuo de decimis, & altari ſeruiens, altaris oblatione ſuſtentor, habens victum, & veſtitū, his contentus ero, & nudam crucem nudus ſequar. Quib. verbis clericum deſcribit vir ſanctiſsimus atq. doctiſſimus. quaſi id dicat leuitis, ideſt clericis cū diuidundo terrae promiſſionis agro pars cuiq. tribui propria tribueretur, nihil eſt adſignaūt leuitis proprium, quoniam dominus Deus Iſrael ipſe eſt poſſeſſio eorum. Viuat ergo de altario clericus indidemq. veſtiat, idq. intra modum, ac ſe, id quod eſt, etiam profeſſum, vt decet, non ſe, non ſuos alienorum bonorum incrementis, vt ait beatus Proſper, augens damnabilib. cuius verba ſunt concilij Aquiſgranenſis capitib. CX. ac CXI. haec proptrea igitur eis, qui militant Deo fugiendae ſunt ex toto corde diuitiae, quas qui habere uolūt, ſine labore non quaerunt, ſine difficultate non inueniunt, ſine cura nō ſeruant, ſine anxia delectatione non poſſident, ſine dolore nō perdunt, Apoſtulus Ioſue. c. 13.

ſtulus

1. Cor. vii. 1. Tim. vi. ſtulus autem Chriſti militib. dixit, Volo uos ſine ſollicitudine eſſe, &, Radix omnium malorũ eſt cupiditas, ſeu auaritia, quam quidam adpetentes errauerunt a fide, & inſeruerunt ſe dolorib. multis. Ac ſic cenſus iſte terrenus eis, a quib. vitioſe diligitur, non eſt voluptatum materia, ſed dolorũ. Quapropter expedit facultates eccleſiae poſſideri, vt inde uiuant, qui non ſaeculo, cuius gaudia fugitiua repudiant, ſed Deo deſeruiunt, cuius ineffabilia bona deſiderant. De talib. dicere uidetur

1. Cor. ix. Apoſtulus, Qui in ſacrario operantur, quae de ſacrario ſunt, edunt, & qui altario deſeruiunt, cum altario participant. Qui niſi hoc de contemptorib. facultatum ſuarum uellet intellegi, numquam ſecutus adiungeret, ita & deus ordinauit ijs, qui euangelium adnuntiant de euangelio uiuere. de euangelio uiuunt, qui nihil proprium habere uolunt. qui nec habent, nec habere aliquid concupiſcunt, non ſuorum, ſed communium poſſeſſores. Quid eſt aliud de euangelio uiuere, niſi laborantem inde ubi laborat, neceſſaria uitae percipere? Apoſtulus tamẽ qui ſic euangelium praedicauit, vt nec de euãgelio uiueret, ſed neceſſaria ſibi ſuis manibus miniſtraret, de ſe confidenter eloquitur, Ego autem nullo horum uſus ſum. & quare hoc dixerit ſecutus aperuit dicẽs, Expedit mihi mori magis, quã ut gloriã meã quis euacuet. Euacuari dicit gloriã ſuã, ſi ab eis, quib. praedicabat, uoluiſſet accipere uitae tẽporalis expẽsã. Nolebat quippe in praeſẽti laboris ſui fructũ, ſed in futuro recipere. Si ergo ille qui nihil habebat, noluit de euãgelio, ubi laborabat, ſed ſuis manib. uiuere, ne gloriã ſuae mercedis amitteret, quid nos, qui & propria nolũ.

amore

amore poſſidendi,nō uiuēdi neceſſitate,relinque-
re,& accipereinſuper uolum.nō vnde uiuam.,ſed
vnde cēſū noſtrū incremētis damnabilib. augea-
mus . Ex altario igitur viuat clericus,non cēſum
augeat . Idem ſenſit & ſcripſit beatus Hierony-
mus in commentario Matthæi euangeliſtae.cuius c xxviii.
verba exſtant etiam deſcripta capite. CXVI.con
cilij Aquiſgranenſis. Omnes igitur,in quit,qui ſti
pendijs templi,& ijs,quae conferuntur ad uſus ec
cleſiae,abutuntur in alijs rebus,quibus ſuam ex-
pleant uoluptatem , ſimiles ſunt ſcribarum & ſa-
cerdotum redimentium mendacium,& Saluato-
ris ſanguinem. Sequuntur deinde verba concilii,
vnde totis niſib.praelatis ſatagendum eſt, vt San-
ctorum patrum dictis & exemplis obſequentes,
de rebus commisſis,vt praemiſſum eſt , & ſubdi-
tos gubernent,& pauperes foueant,cūctiſq.vtilita
tibus ac necesſitatibus eccleſiae fideliter admi-
niſtrando conſulant , quatenus de fideli ad-
miniſtratione ab ipſo , cuius miniſtri eſſe
noſcuntur , ineffabiliter remunerari mereantur.
Quod clericos de fideli adminiſtratione remu-
nerandos dicit,conſentaneum id quoq.eſt verbis
illis beati Proſperi , vt in futuro praemium labo
ris recipiat , quod in hac uita iam ſpe dominicae
promisſionis exſpectat. Quem nos eius locum
iam iamq. ſubiciemus. Cur autem hac tenuitate
clericus vitam degere contentus debeat , docet
item Proſper eodem libro.Quod ſi,inquit,quili-
bet miniſter Eccleſiae non habet,vnde viuat,non
ei reddit hic,ſed neceſſaria praeſtat Eccleſia,vt in
futuro praemium laboris recipiat, quod in hac
uita iam ſpe Dominicae promiſsions exſpectat.

Nimirum

mirum hoc illud eſt; quod ad Titũ Paulus ſcribit apparuiſſe gratiam dei, & apparitionis eius hunc vel maximum fructum fuiſſe eruditionis noſtrae ſcilicet, vt ſobrie, & iuſte, & pie uiueremus magna & explorata ſpe atq. exſpectatione beatioris uitae illius praediti. Idē plane uidetur & ſenſiſſe, & ſcripſiſſe beatus Ambroſius lib. 1. de officiis, cap. 2. de miniſtris altaris, ſiue de clericis ipſis, cũ de leuitarũ ſorte diſſerit. Idem beatus Iſidorus in 11. de eccleſiaſticis officiis, cap. 1. clerici nomen quid ipſum proprie ſignificet, oſtendens. Ergo ſui nominis memor clericus, qualem ſe praebere debeat, intelleget. Iamne igitur vides Clericum neceſſariis rebus Eccleſiaſticis utendis fruendis contentum eſſe debere, vt reliquum quod eſt, pauperi cedat. Quod profecto adeo uerum eſt, ut ſi Clerico ſuppetat, vnde uitam toleret, res Eccleſiaſticas non liceat attingere alendi ſui, ſuſtentandiq. cauſſa. Quid enim aliud ſibi uolũt illa ſynodi Antiochenae verba can. XXV. de epiſcopo, Participet autẽ & ipſe quib. indiget, ſi tamẽ indiget. Nec enim temere cautũ atq. additũ, ſi tamen indiget. Quod propemodũ idem eſt quod illud, Aliunde habens unde ſine fraude cuiuſquã atq. honeſte uiuat, eccleſiae bonis abſtinebit. Nam quod Paulus Apoſtolus in priore ad Cor. epiſtula ſpiritualia ſibi apud eos ſeminanti licuiſſe etiam ipſorum metere carnalia, nec feciſſe tamen ſcribit, idemq. ſui ſemper ſimilis in actib. Apoſtulorum cap. 20. abſtinuiſſe bonis alior. ſe dicit, ſeq. labore manuum ſuar. ſuſtentatum, non hoc nihil ad Cartuſiani ſententiam pertinet. Namq. id olim admiratus, cum apud Dionyſium Cartuſianum uirum fide, ac reli

gione

gione praeſtantem, in libro de uita ſacerdotum, art. xxi v. legiſſem, ueterum, ſanctiſſimorūque Patrum teſtimonijs ab eo confirmatum, ac Proſperi locum illc alterum adduxiſſet, omiſit alterum, quem ſubicio nunc ex eodem libro. Nec illi, inquit, qui ſua poſsidentes dari ſibi aliquid uolunt, ſine gradi peccato ſuo, unde pauper uicturus erat, accipiūt. De Clericis dicit per Prophetā Spiritus sāctus, peccata populi mei comedunt, ſed ſicut nihil habentes propriū, non peccata, ſed alimenta, quibus indigere uidētur, ſuſcipiunt, ita poſſeſſores non alimenta, quibus abūdant, ſed aliena peccata ſuſcipiūt. Minus dixit vir ſāctiſſimus, atq. doctiſsimus, cū etiam neceſſarijs rebus interdictū eſſe uideatur egentibus clericis, ſi ſuo indignam ordine uitam ducant. Quod mihi ſignificare uidētur uerba illa ſynodi Romanae. De donis autē ſāctorum, ideſt, Catholicorū uirorū, vel matronarū, quae offerūtur Eccleſijs Dei, paſcantur pauperes ſpiritu, ideſt ſerui Dei, & cuncti Eccleſiaſtici ordinis degentes caſte, ac pie ſub regula Chriſti. Quae poſtrema uerba clerico cuicumque non temere ſuppeditādam eſſe pecuniam, pauperumque eleemoſynas demonſtrant. Cur igitur, inquit, ſi quod neceſſitati ſupereſt, pauperum proprie eſſe cenſetur, Epiſcopus portionem meam tantam eſſe uoluit. quia nimirum te quoque rerum Eccleſiaſticarum uoluit ſecum eſſe & participē, & diſpenſatorem. his enim duabus tamquam partibus cōſtat uita clericorū. haec cuiuſque clerici, quam poſsidet, pecuniae bipartita ratio eſt, vt & ſibi ipſe conſulat, & proximorum inopiam ſubleuet. Habebat, inquit. Beatus Auguſtinus Homilia Lxvii. in Iohannem, habebat

bebat

bebat Dominus loculos, & a fidelibus oblata ſuis conſeruans neceſsitatibus, & alijs indigentibus tribuebat. tunc primum Eccleſiaſticae pecuniae forma eſt inſtituta, vt intellegeremus quod praecepit, non cogitandum de craſtino, non ad hoc fuiſſe praeceptum, vt nihil pecuniae ſeruaretur a ſanctis, ſed ne propter illa Deo ſeruiatur. Quod vltimum nimirum idem illud eſt, quod ſupra poſui Beati Proſperi, vt in futuro praemium laboris recipiat. Beatus Ambroſius lib. 11. officiorum eo animo ſua fideles obtuliſſe dicit Eccleſiae miniſtris, vt per eorum manus, quorum fidei, atque integritati ſumma omnia tribuerent, ad pauperes peruenirent. Quo factum opinor, vt labente hodie, vel ruente potius Eccleſiaſtica diſciplina, perpauci fideles eadem, qua maiores noſtri, in Eccleſiam liberalitate nunc vtantur. Scio, inquit Ambroſius, plerôſque ſacerdotes quo plus contulerunt, plus abundaſſe, quoniam quicumque bonū operarium videt, ipſi confert, quod ille ſuo officio diſpenſat, ſecurus quod ad pauperem ſua perueniat miſericordia. Nemo vult niſi pauperi proficere ſuam collationem. nam ſi quem aut inmoderatum, aut nimis tenacem diſpenſatorem viderit, vtrumque deſpiciet, ſi aut ſuperfluis erogationibus diſſipat alieni fructus laboris, aut recondit ſacculis. Reddendum hoc loco exiſtimo, quod ſupra ſum pollicitus, rebus ſcilicet Eccleſiaſticis ſalutem pauperum longe anteponendam, ſic vt omnia potius vendere, ſi neceſsitas poſtulet, non dubitemus. Quod olim feciſſe beatum Iohannem Chryſoſtomum, eique ab aduerſarijs obiectū fuiſſe legimus. Namque ille cum pecunia deficeretur,

nec

nec haberet vnde pauperibus erogaret, quae conſecerat ipſe cimelia, quibusque abundaret Eccleſia, eius rei cauſa diuendidit. quod eius factū quantauis dignū laude exiſtimatur. Acacius vero Abidenorum Epiſcopus, Perſarum amplius ſeptem millia, quos Romani bello cepiſſent, ac niſi pretio redimerentur, eorum ſe omnium caedem facturos eſſe minitarentur, cum Rex Perſarum, vel id leuiter curaret, vel pecuniam tantam repraeſentare non poſſet, collecta vndique Eccleſiae vaſa cōflauit, captiuos, & quidem Ethnicos, & ſeruitute, & inminenti periculo liberauit. id quod illi ad omnem poſteritatis memoriam ſummae laudi fuit. Hunc eſſe auri argentiq. vſum in Eccleſia dei docet item beatus Ambroſius libro de officijs II. quē locum ne quis deſideret, iam ſubijcio. Aurum, inquit Ambroſius, Eccleſia habet, non vt ſeruet, ſed vt eroget, vt ſubueniat neceſsitatibus. Quid opus eſt cuſtodire, quod nihil adiuuat? an ignoramus quantum auri, atq. argenti de templo Domini Aſſyrij ſuſtulerunt? nonne melius cōflant ſacerdotes propter eleemoſynam pauperum, ſi alia ſubſidia deſint, quam ſacrilegus contaminata aſportet hoſtis? nonne dicturus eſt Dominus, cur paſſus es tot inopes fame mori? & certe habebas aurum, miniſtraſſes alimoniam, cur tot captiui deducti in commercio ſunt, nec redempti ab hoſte occiſi ſunt? melius fuerat, vt vaſa viuentiū ſeruares, quam metallorum. His nō poteſt reſponſum referri. quid enim dices, timui, ne templo Dei ornatus deeſſet. Reſpondebit, aurum ſacramenta non quaerunt, neq. auro placent, quae auro non emuntur, ornatus ſacramentorum, redem

B ptio

ptio captiuorum eſt, vere illa ſunt vaſa pretioſa, quae redimunt animas à morte. ille verus Theſaurus Domini eſt, qui operatur, quod ſanguis eius operatus eſt. Tunc vas Domini ſanguinis agnoſco, cum in vtroque video redemptionem, vt calix ab hoſte redimat, quos ſanguis a peccato redemit. Quam pulchrum, vt cum agmina captiuorum ab Eccleſia redimuntur, dicatur, nos Chriſtus redemit. ecce aurum quod probari poteſt, ecce aurum vtile, ecce aurum Chriſti, quod de morte liberat, ecce aurum, quo redimitur pudicitia, ſeruatur caſtitas. hos ergo filii malui vobis liberos tradere, quam aurum ſeruare. hic numerus captiuorum, hic ordo praeſtãtior eſt, quam ſpecies poculorum. huic muneri proficere debuit aurum redemptoris, vt redimeret periclitantes. agnoſco inſuſum auro ſanguinem Chriſti, non ſolum inrutilaſſe, verum etiam diuinae operationis inpreſſiſſe virtutem redẽptoris munere. Tale aurum ſãctus Martyr Laurẽtius Domino reſeruauit. a quo cum quaererentur Theſauri Eccleſiae, promiſit ſe demonſtraturum ſequenti die. pauperes duxit. interrogatus vbi eſſent Theſauri, quos promiſerat, oſtendit pauperes, dicens, hi ſunt Theſauri Eccleſiae. & vere Theſauri, in quibus Chriſtus eſt, in quibus fides eſt. hos Theſauros demonſtrauit Laurentius, & vicit, quod eos nec perſecutor potuit auferre. Numquit dictum eſt Sancto Laurentio, non debuiſti erogare Theſauros Eccleſiae, vaſa ſacramentorum vendere, & cet. At Beatus Flauianus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, ad quem exſtat illa Beati Leonis Papae Euangelicae paene auctoritatis epiſtula, non modo idem ſenſit, &

probauit,ſed eſſe res omnes Eccleſiaſticas paupe rũ declarauit. id quod ea,q. de pauperũ praeroga tiua & bonorũ Eccleſiae iuſtiſsima poſſeſsione ſu pra poſui,etiam confirmat. Magnus, inquit, Flauianus Epiſcopus Conſtãtinopolitanae Eccleſiae dixit, cimelia, & quaecumque poſsidet Eccleſia, non alibi, quam in ſubleuandis pauperibus inpẽdi debere. De aedificationibus vero ſacrarum aedium,hac ipſa de cauſſa deponendis,& ſentire, & teſtari videtur Iſidorus Peluſiota, auctor antiquiſsimus,& grauiſsimus. cuius ex Epiſtula ad Euſebium Epiſcopum ſunt haec. Aiunt te Eccleſiam Peluſii aedificare arte atque opere quidẽ pulcherrimo, ſed iniquiſsimis rationibus, perque ſummam iniuriam, ac magno pauperum malo, quorũ inpenſis opus facis. Quod profecto nihil aliud eſt,niſi Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitatibus aedificare. Deus autem non ex alieno ſacrificium requirit, ſed id cane peius abominatur.& quae ſequuntur apud illum. Nihil profecto tam videtur eſſe proprium clerici quam iuſtitiam ſiue eleemoſynam facere,quod adeo verum eſt,vt & vulgus olim hominũ, male omnino,ſed tamẽ hoc ipſum ſignificans in benemerendo atq. opitulando remiſsius,clericor. munus hoc eſſe proprium dictitaret. prauum ſui temporis hunc morẽ exagitans beatus Iohannes Chryſoſtomus, nõ negat tamen vel inprimis clericum re, conſilio, opera egẽtib. praeſto eſſe debere. apud quem in v. aduerſus Iudam oratione ſic eſt, Si quem igitur vi deris ſpiritali, ſiue corporali remedio indigẽtem ne tecum tacitus dixeris,quid hunc ille,vel ille ne

glexit.ego enim ſaecularis ſum habens vxorem ac liberos, haec autem Sacerdotum cura eſt,haec monachorum.An tu aurum,quod in triuiis temere iaceret,ſi forte vidiſſes,dixiſſes idem,cur hoc ille,vel ille non ſuſtulit?ac non potius magno ſtudio protinus raperes? Idem omnino de lapſis fratrib.& ſenti, & cogita . teq.curandis ijs repperiſſe theſaurum puta.Effectum arbitror vtrumque, & neceſſaria tantum ſumenda Clerico de bonis Ecclesiae,& eorum quantumcunq. acceperit, eſſe diſpenſatorem oportere, ſi quid neceſſarijs ſupereſt ſumptibus. Nūc id,quod rem maxime continet, etiam demoſtrādum eſt,quam in eo culpam Clericus contraxerit,non cuiuſcumq. peccati,aut criminis eſſe nomine appellandam, ſed furti,ſed rapinae,ſed ſacrilegij.Quod ſi ita eſt , & quod furto ſcelus admiſeris, non niſi reſtitutione demum expiari,quod Clerico ſupererat , quoniam pauperi negauit,atque ſubtraxit,debet id omnino reſtitui. Origenes homilia in Matthaeum XVI.fraudandi verbo in hoc vtitur genere.Diaconi , inquit , qui non bene tractant Eccleſiaſticarum pecuniarum menſas,ſed ſemper de eis fraudant, & ipſas, quas diſpenſant, non ſecundum iuſtitiam diſpenſant, & diuites fiunt de rebus pauperum, ipſi ſunt nūmularij,pecuniarum menſas habentes,quas Chriſtus euertit,& cet.At qui fraudat,alteri, quod ſuū eſt,adimit . quod qui facit,idem furatur.vel quod grauius ſupra dixit Vrbanus , ſacrilegium in reb. admittit Eccleſiaſticis.Diſertius,opinor,ac dilucidius beatus Bernardus in Epiſtula ad Fulconem. Veruntamen,inquit,quae ſunt illa tua beneficia? Eccleſiae. recte , quia ſurgis ad vigilias , vadis ad

miſſas,

miſſas, horis chorum nocturnis, diurniſque frequentas, benefacis, ſic Eccleſiae praebendam gratis nō accipis. dignum eſt, vt qui altario deſeruit, de altario viuat. conceditur ergo tibi, vt ſi bene deſeruis altario, viuas, non autem, vt de altario luxurieris, vt de altario ſuperbias, vt inde compares tibi fraena aurea, ſellas depictas, calcaria deargentata, varia, griſeaque pellicea, a collo, & manibus ornatu purpureo diuerſificata. denique quidquid praeter neceſſarium victum, ac ſimplicem veſtitū de altario retines, tuum non eſt, rapina, ſacrilegium eſt. Et reliqua apud ſanctiſſimum virum, quae legenda omnib. eccleſiaſticis viris magnopere ſuadeo. Non eſt, inquit Bernardus, tuum, quorum ſit autem, expreſsit Magnus Baſilius homilia in ſanctum Mamantem, qui panem illum viduarum dixit, & pupillorum, cum Epiſcoporū neglegentiam, vel inhumanitatem potius accuſarer. expreſſit uir ſummus Petrus Bleſenſis epiſtula CLVII. ad vicarium ſuum de ſacerdote ſcribens haec, ſed excaecat miſerum exſecranda ambitio, qui dum obuentiones altaris percipit, de viduar. lacrimis, & patrimonio crucifixi paſcitur, nō adtendens quod haec in die tremēda a domino exactiſſime requirentur. & quae ſequuntur apud illū. Si non eſt igitur Clericorum, quod praeter neceſſarium victum, ac ſimplicem veſtitū retinent, ijs. quorum eſt, reddant. ſi rapina, quibus abſtulerunt reſtituāt. ſi ſacrilegium, Templis Dei, hoc eſt eius pauperibus reponant, quos rebus omnino ſuis ſacrilegi nudauerunt. An nō idem ſanxit Conciliū Carthaginienſe, Cū Epiſcopum, presbyterum, diaconum, vel quemcunque clericum denique, qui Concil. Cartha. can. 32.

 ante

ordinationē nihil haberet ſuum, ordinatus, agro praediiſue, niſi uel liberalitate alteri⁹, vel heredi tate fuiſſet auctus, iuſsit illa omnia Eccleſiae reſtituere. negantem parere, eccleſiaſtico indignum honore eſſe, haberique iudicauit. Nimirum abſtuliſſe furto iudicatur, qui reſtituere cogitur. furatus autem exiſtimatur, qui neceſſariis rebus cōtentus non habebat vnde emeret non neceſſaria. Lege canonem in concilio Aquiſgranēſi capite Lxxix. Simplicius Papa in epiſtula ad Florentinū, Equitium, & Seuerum epiſcopos in Gaudētium Auſinienſis eccleſiae ſacerdotem acriter inuehens, & eccleſiaſtico more animaduertens ſimul etiam inquit, de reditibus eccleſiae, vel oblatione fideliū quid deceat neſciēti, nihil licere permittat, ſed ſola ei ex his quarta portio remittatur. duae eccleſiaſticis fabricis, & erogationi peregrinor. & paurū profuturae ab Onagro presbytero ſub periculo ſui ordinis miniſtrentur. Duae inter clericos pro ſingulorum meritis diuidantur. At vero miniſteria eccleſiae, quae alienata comperimus, reparare praeſumptor praedicti fratris compellatur inſtantia. cui etiam in hoc ſpecialiter praecipimus immineri, vt tres illas portiones, quas per triennium dicitur ſibi vindicaſſe, reſtituat. Iubetur epiſcopus reſtituere quod per triennium ſibi fabricam, peregrinos, ac pauperes fraudans interim vindicauit. Reſtituant igitur & clerici quod iſdem inpertiendum acceperunt, & retinuerunt tamen, vel male diſperdiderunt. Commendatae creditaeq. ſunt clericis res eccleſiae, ijſq. vt commēdatis & creditis vti iubentur, nō vt ſuis. vtātur igitur vt alienis, non ut ſuis. ſi ſecus faxint, de ſuo

tantun-

tãtũdẽ ſarciãt atque reſtituãt. lege canonẽ Kartaginiẽs.cõc.xxxi.& Agatenſis ſynodi canonẽ xlviiii. Vir grauiſſim⁹ Gabriel Biel in iv.ſentẽtiarũ Magiſtri,diſtinct.xv.q. viii. cõlatis invnũ tũ ſuperiorũ tẽporũ,tũ noſtrae memoriae doctiſsimorũ hominũ ſentẽtijs, ire pedib.manib.in eã videtur, quae reſtituẽdũ cẽſet. quẽ locũ legi apud illũ velim,nimis enim longum facerem, ſi deſcriberem. Non committam, vt inſigne maximeq.neceſſarium caput, & huic aptiſsimum loco praeteream, quod eſt in Karoli magni Imp. capitularium,vt vocant, lib.vi.caput CCLXXXV. in quo res eccleſiae cuiuſmodi ſint, quiq. earũ vſus eſſe debẽt plane demonſtratur, contra vero quiſquis faxit,& ſacrilegij reus eſſe cenſetur, & a fidelium communione atque conſortio ſeparatur. Eſt autem illud huiuſmodi, poſt multa de generali totius populi ſupplicatione apud principem, pro ſacerdotum cauſſa,ne in hoſtem aut pugnam pergerent. Illud tamen vos & omnes ſcire cupimus,quod nõ propterea haec petimus,vt eorũ res, aut aliquid ex eorũ pecunijs, niſi ipſis aliquid ſponte nobis dare placuerit, aut eorum eccleſias viduari cupiamus,ſed magis eis,ſi domin⁹ poſſe dederit,augere deſideram⁹,vt& ipſi,& vos,& nos ſaluiores ſim⁹, & Deo potius ipſo adminiculãte placere mereamur. Scimus enim res eccleſiae Deo eſſe ſacratas.ſcimus eas eſſe oblationes fidelium & pretia peccatorũ. Quapropter ſi quis eas ab eccleſijs,quib.a fidelibus collatae Deoque ſacratae ſunt,aufert,proculdubio ſacrilegium committit.caecus enim eſt qui iſta non videt. Quiſquis ergo noſtrum ſuas res eccleſiae tradit, domino Deo illas offert,atque dedi

cat,ſuiſque ſanctis, & non alteri,dicendo talia, & agendo ita.facit enim ſcripturam de ipſis rebus, quas Deo dare deſiderat,& ipſam ſcripturam coram altari,aut ſupra tenet in manu dicens eiuſdē loci ſacerdotibus atque cuſtodibus. offero Deo atq. dedico omnis res,quae hac in chartula tenētur inſertae pro remiſsione peccatorum meorum, ac parentum , & filiorum, aut pro quocumque illas Deo deliberare voluerit ad ſeruiendū ex his Deo in ſacrificiis miſſarumque ſollemniis,orationib. luminariis , pauperum ac clericorum alimoniis, & ceteris diuinis cultibus , atque illius eccleſiae vtilitatibus.Si quis autem eas inde,quod fieri nullatenus credo, abſtulerit , ſub poena ſacrilegij ex hoc domino Deo cui eas offero,atque dedico , diſtrictiſsimas reddat rationes . Ponit etiam in ea alias coniurationes, quas enumerare longum eſt. Nam qui eas inde poſtea aufert,quid agit niſi Sacrilegium ? Si ergo amico quippiam rapere furtū eſt , eccleſiae vero fraudari vel auferri indubitanter ſacrilegium eſt . Vnde & in ſacris canonibus ſpirituDei conditis habetur ita,Si quis oblationes eccleſiae extra eccleſiam accipere vel dare voluerit,praeter epiſcopi conſcientiam,vel eius,cui huiuſcemodi ſunt officia cōmiſſa,nec cum eius voluerit agere conſilio,anathema ſit.Abſit enim vt rerum eccleſiarum cupiditate,vel ablatione, ſacrilegi,aut anathema efficiamur, aut talibus laqueis vmquam deuinciamur. Quoniam ſcimus anathematos homines , vel ſacrilegos non ſolum infames, & a conſortio fidelium priuſquam haec per publicam ſatisfactionem eccleſiae, & epiſcoporū reconciliationem manuſque inpoſitionem emendent

dent, alienos eſſe, ſed etiam a regno Dei extorres fieri, ſi in talibus defecerint, non dubitamus. & quae ſequuntur. Vae qui ecclaſiaſticis opib., ideſt alienis, & pauperum proprijs ac ſuis coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vſq. ad terminum loci, vos ac veſtros flagitioſiſsime ſic augetis, emitis, ornatis, luditis pro libidine, nec quae ſunt Caeſaris Caeſari, nec quae Dei ſũt Deo, vel datis, vel redditis. quos hic anathematis ferit ſententia, infernus puniet. & tamen auaritiae tanta labes clericor. animos fere occupauit, atq. corrupit, vt eccleſiaſticis bonis confidentiſsime rem faciant. At commune omnium id eſſe votum debuit horum, vt Flaccus ait, ſemper quisque vt optaret pauperimus eſſe bonorum, potius quam eo delabi malorum, & ijs quae ſuperant omnem ſenſum, poenis adfici. Ego vero in neceſſariarum rerum modo ſtatuendo pro dignitatis, aetatis, temporis, valetudinis ratione, & canonas, & ſanctorum Patrum ſcripta, dicta, facta, quae nemini non ſunt propoſita, atque obuia, etiam, atque etiam clara voce teſtatus appello, & Clericorum omnium conſcientias, quarum ad oſtium ſtat Chriſtus, & pulſat, tacitus etiam conuenio. Vtinam ſapiant, & intellegant, quicumque ſacram pecuniam tractant, colligunt, diſpenſant quocumque nomine, ne praeter neceſsitatem rebus abutentes ſacris, ſacrilegii neceſſario crimine teneantur obſtricti. Verum omnia vitari facile poſſent incommoda, & ſcandala, ſi maiore religione, ſtudio, atque delectu hominum fierent ordinationes tam maiorum, quam minorum ordinum. nec inlotis

manibus

pedibuſque nec veſtem habentes nuptailem, hoc eſt ea omnia, quae ſi nulla ſint, neſas omnino ſit in ſacroſanctum eccleſiae thalamum ingredi, ſiue potius fraudulenter inrepere, vel violēter inruere. nec tam eius auctoritatē loci contingere, quam polluere, ac violare. cuiuſmodi ſane ſunt, quos in euangelio Dominus ſures vocat. qui nō per oſtiū quod & virtus, & rerū neceſſariarum cognitio pa tefecerint, ſed aliunde ſcilicet aſcenderunt. Quo in genere tribus modis peccari ab ordinatoribus, Beatus Gregorius docuit, triplici videlicet ab eo qui ordinatur, praeſtando, atq. offerūdo munere, a manu, a lingua, ab obſequio. Quam ſit autem pernicioſum Epiſcopis, penes quos eſt ordinatio in malis ordinationibus flagitium, luculente quidem Iohannes Chryſoſtomus ſcribit in interpretatione Actuum Apoſt. Eſt enim apud illum ſic. Multos Epiſcoporum ſaluos eſſe non arbitror, im mo vero maximam eorum partem perire atque damnari. cuius rei cauſſa ea eſt, quod opus, ac ne gotium id ſit magni, ac praeſtantis animi, quodq. ui, ac neceſsitate ſaepe cogat mores omnino ſuos exuere, ac deponere. Etenim multipliciter vndecumque oculatum eſſe oportet Epiſcopū. Neque vero mihi tu illud dixeris, peccatū presbyteri eſt, aut Diaconi. horum enim omnium culpa, & peccatorum cauſſae in ordinātis caput videlicet referuntur, ac redundant. Quid Beato Leone PP. ſanctius? quid in ordinando religioſius, ac circumſpectius? & tamen quanti res ipſa ſit, vt intellegeretur, de eius oratione ad Apoſtulorum principem B. Petrum, deq. Apoſtuli ipſius apparitione, ac reſponſo, in opere quod λειμωνάριον graece inſcribi

tur

tur,memoriae traditum hoc modo legitur. Sãctiſſimus,ac par Angelis Leo Romanorum praeſul, quadraginta diebus manſit ad ſepulchrum B. Petri,in ieiunio,& oratione perſeuerans,& petẽs ab Apoſtulo,vt pro ſe ad Deum intercederet ſua ſibi peccata vt dimitterentur. completis autẽ quadraginta diebus, viſus eſt illi adeſſe Apoſtulus dicẽs, oraui pro te, & remiſſa ſunt tibi omnia peccata, praeter ordinationes.hoc enim a te ſolum poſtulabitur,bene,an male ordinationes feceris.

HAEC ſunt, vir ornatiſſime,quae pridem ſtudioſe colligebam,& commentabar. quae, ſi vt de re ipſa inter nos cõuenit,ſic ad rem quoque feciſſe tibi videbuntur,noſque de eo amabis, ego vero tum huius operae meae fructum me cepiſſe maximum putabo. Vale. Dat. Romae. kal. Iulij.Anno. ſal. M. D. LXXIV.

F I N I S.

MARTINVS AB AZPILCVETA DOCTOR NAVARRVS,

ACHILLI STATIO LVSITANO viro eruditiſſimo, multiſq. nominibus ſuſpiciendo, in Domino ſalutem.

EPISTVLAM tuam, & Commentarium de pecuniae Eccleſiaſticae ratione, caritate, religione, prudentia, modeſtia, eruditione, & elegantia plenam, iucunde ſuſcepi, auide perlegi, & eam tuo nomine inſignique fama dignam comperi. ſimul in animum induxi, tuae auctoritatis adeo validis fundamentis innixae acceſſione, noſtrae, quae verior, receptior, quaeque pientior & ſalubrior eſt, ſententiae multum roboris addi poſſe. Ideoque e Repub. Chriſt. eam edendam, typiſque publicandam iudicaui. Vale noſtrae Luſitaniae decus. Dat. Romae, XVI Kal. Auguſt. M. D. LXXIV.

ACHIL-

ACHILLIS STATII LVSITANI,

Depenſionib. Commentarius.

EST omnino cur in Domino gaudeã mihi, gratuler autẽ ijs, quos ſalutis ſuae plane oblitos, & rerũ ſuarũ peſſime ſecuros mea illa clariſsimo viro Martino Azpilcuetae Nauarro de eccleſiaſticae pecuniae ratione ſcripta nuper Epiſtula tãtae cauſae in dormientes excitauit, cõmouit, pupugit. In quib. quod rebus praeclare ſuſceptis fere accidit, alij laborem meum quaſi minime neceſſarium, & a mea, vt loquebãtur, perſona valde alienum improbare, alij vero, quib. illa noſtra ſciptio medicinam feciſſet, laudare palã non dubitarũt. Nec eo contenti, vehemẽter etiã me hortati ſunt, vt quid finitimo huic altero illo de genere, quod penſiones vocant, ſentirẽ, cõmentariolo item altero cõprehenſum publice me non inuito appareret. Magnã enim in animis hominum peſtẽ graſſari, alios inſcitia, rectiq. atq. honeſti ignoratione, alios inexplebili cupiditate rei, ſed quocumq. modo augendae rei, tranſuerſos agi dicebant, quib. modo ſi docendo, atq. admonendo quodãmodo aurẽ vellerẽ, miſerãtis Dei benignitate fore confirmabãt, vt a diabuli demũ laqueis reſipiſcerẽt. Ergo & inperfectae ſcriptionis illius, vt nõnullis videbatur, perficiundae cauſſa, & fraterna caritate, qua nihil homini Chriſtiano antiquius aut ſãctius eſſe debet,

bet,adductus,quod reliquũ eſt officij,à me deſide rari nolui. Ac mihi quidem diu multumq. quaerẽti, quis quo primũ tempore cum re penſionis hoc ipſo in genere nomen ediderit, certi nihil, explorati q. conſtabat. nec vllius vllũ hac ipſa de reſcriptũ, cum nonnulla tamen extarent, certũ aliquem ad auctoré referebat. Itaq. qui nihil aliud habere, in eam, vetera repetens, opinionem veniebam, vt pẽſiones non diſsimiles collectarũ earũ, quae in ſanctos, ſiue Chriſtianos olim fiebant, ac de quibus

Cap. 16. Paulus Apoſtulus in priore ad Corinthios epiſtula meminit, exſtimarem. Sic aũt fiebat, vt fratrum

Ad Phile. opibus, ac benignitate requieſcerent ſcilicet egentium viſcera ſanctorum. quod ipſum caritatis ac beneficientiae genus idem cõmendãs Apoſtulus in epiſtula ad Romanos, Neceſſitatibus, iaquit, ſã

Cap. 12. ctorũ cõmunicantes. Mittebantur collectae longe ad egentes fratres. hodie quoque haec ipſa penſionum ſubſidia ad abſentes, & ad eos ſaepe, qui locorũ ſunt interuallis longiſsime diſsiti, mittuntur, vtinã etiam ad egenres. Etenim ſi pauperum eſt omnis eccleſiaſtica pecunia, quib. eſt vnde viuant, iniuſti omnino ſunt taliũ poſſeſſores bonorum. Nam ſi ne Eccleſiaſticis quidem hominibus abundare ad luxum his bonis licet, qui ferũt ipſi pondus diei, & aeſtus, multo profecto minus licebit ijs, quorũ aut nullus, aut perexiguus eſt in Eccleſia Dei labor. quib. vel oculis, vel mẽte captis, vel quouis alio graui adfectis incõmodo, ne miſerabiliter egeant, vel quod ſuam Eccleſiae operã nauauerunt, nauent, vitã tueri pro cuiuſq. perſona

Vtrumq. genus hominum com- meritisq. honeſte vt poſſint, annuum decernitur. Quod cum voluntate Pont. Maximi atq. auctoritate

tate fiat,eum autem,qua Chriſti vicarius eſt, vllā in partē peccaſſe nefas omnino ſit exiſtimare, cū huic,illi penſionē de beneficio defalcat,ac decidit Eccleſiaſtico,re ipſa oſtendit,cui amplū beneficiū cōtigerit, non ſuos continuo fore omnes illos red ditus,ſed cum pauperibus etiā cōmunes.& quod ille pauperib.atq. egentib.incertis hominibus tribuere debebat,hoc Pōt.Max.vni pluribusue certis hominib⁹ legitima de cauſſa voluiſſe adtribui. Eſt aūt panis hic Eccleſiaſticus nō niſi quoquo modo laborantiū in Eccleſia Dei, orantiū,praedi cantium,vel quiduis aliud agentiū quod ad ſaluā toris noſtri Dei laudē,vel ad fratrū noſtrorū neceſ ſarios vſus pertineat. Si quis enim,inquit Apoſtū lus,nō vult operari,nec manducet, Atq.eodē illo loco Paulus grauiſsimis verbis panē ſcilicet eccle ſiaſticū ab aliquo gratis nō eſſe manducandū docet.apud quē in extrema poſteriore ad Theſaloni cenſes epiſtula ſic eſt.Ipſi enim ſcitis quamadmo dū oporteat imitari nos, quoniā non inquieti fuimus inter vos, neq. gratis panē māducauimus ab aliquo, ſed in labore, & in fatigatione nocte, & die operātes,ne quē veſtrū grauaremus.Nō quaſi nō habuerimus poteſtatē,ſed vt nosmetipſos darēmus formā vobis ad imitādū nos.Nam & cū eſſemus apud vos,hoc denuntiabamus vobis,quoniā ſi quis non uult operari, nec manducet. Audiuimus enim inter uos quoſdā ambulantes inquiete, nihil operātes, ſed otioſe agentes. Vide Apoſtulū plus ceteris in Euangelio laborantē, minus tamē ceteris,ac parciſime, uel etiā nihil cuiuſquā attingentē, ac ne concupiſcentē quidē.De ſe enim ipſe in Actibus Apoſtulor.ſic loquitur.Argentū,& au

plectitur 5. Tho. 2. 2. 3.ad 3. vbi de decimis.

S. Thom. 2. 2. 3.ad pri.

2. ad. Theſ cap.3.

Cap.20.

rum,aut veſté nullius concupiui, ſicut ipſi ſcitis, quoniã ad ea,quae mihi opus erãt,& his qui mecũ ſunt,miniſtrauerunt manus iſtae.Atq. his quidē verbis atq. exemplis fruendae eccleſiaſticae pecuniae modũ,rationēq.praeſcripſit Apoſtulus, vt cõmodorũ quidē minimũ,laboris autem in eo eſſet plurimũ. Quo fit illud etiã probabilius,quod in ſuperiore commentariolo poſui, qui haberet, quamtumuis Eccleſiae ſeruiens,non eſſe cur ab Eccleſia quidquam ſumeret.Ergo & ij,qui penſionibus victitant,in Eccleſia Dei nullo modo otioſi eſſe debebunt.Nõ enim ſtantiũ eſt ille,aut otioſorũ panis.de quo in vniuerſum dici id poteſt,niſi egēti,niſi operanti in eccleſia,niſi parce etiã ſumenti, nemini eſſe mauducandũ,ſiue beneficio, ſiue penſione, ſiue quocũq. alio erogationis genere panis ille continetur.Non committam,vt B.Gregorij locum ſilentio tranſeã,quo vir ſanctiſſimus praeclare mihi haec cõplexus omnia videtur,quēq.Amalarius Fortunatus Treuerēſis Epiſcopus ſcriptis intexuit ſuis,Penſemus,inquit, cuius dãnationis ſit ſine labore hic percipere mercedē laboris.Ecce ex oblationib.fideliũ viuimus, ſed numquid pro animab.fidelium laboramus?illa in noſtrũ ſtipendiũ ſumimus, quae pro redimendis peccatis ſuis fideles obtulerunt, nec tamen contra peccata eadem vel orationis ſtudio,vel praedicationis, vt dignũ eſt,inſudamus?nos fratres cãtemus in nocturnali officio totidē pſalmos, quot horae ſunt in nocte aequinoctiali,& ex ſtatu tēporis diſcamus debitores nos eſſe pro peccatis eorũ intercedere,quorũ oblationibus ſuſtentamur. & ex ſenis antiphonis quas viciſsim chori per ſingulos verſus repetunt,

admo-

admonemur, vt noſtra intẽtio tendat ad perfectio nem bonorũ operum, qui pro aliorũ peccatis debitores ſumus intercedere. ſi fecerimus, non erit periculoſa, & reprehẽſibilis ſuſcepta oblatio fideliũ a nobis, dicente Euangelio, dignus eſt enim operarius cibo ſuo. Nam quod fideliũ oblationibus ſuſtentari clerum dicit, parſimoniam ſimul, & indigentiam ſignificat. qui enim adfluit, non ſuſtentari, ſed ſtare, ſed abundare, ſed luxuriare etiam dicitur. Quod verò laboris, quod orationis, quod praedicationis ſtudium commendat, quod debitores pro peccatis aliorum vt intercedant eſſe commemorat, operandum omnino in Eccleſia, laborandũq. etiam atq. etiã monet. Itaq. in Eccleſia Dei cum vacuum, atq. otioſum eſſe neminem, cum non niſi egentem, niſi modeſtum, ac temperantem de pane illo eſſe oporteat, quid ei, qui penſionibus vitã tolerat, faciundum ſit, obſcurum eſſe non poteſt. Illud vero inter eum, qui beneficio in Eccleſiaſtica ſorte, & eum qui penſione vitam ducit, intereſſe putauerunt optimi, doctiſſimiq. viri, quod beneficia ipſa propria, ac perpetua, quae niſi cum vita non amittantur, eſſe cenſuerunt, penſiones vero non niſi temporarias, nõ cum vita, ſed cum neceſſitate relinquendas. Nam ſi quis pauperem ventitare ad ſe cottidie alendi ſui cauſſa iubeat, ille lautior factus, vel cum pauper eſſe deſierit, ad eũ, qui ſe alebat, vt pauperem, eadẽ de cauſſa venire vtiq. deſinet. Etenim ſublata cauſſa, etiã id quod cauſſam ſequitur, neceſſe eſt eſſe ſublatum. Hoc autem genus pẽſionis eiuſmodi eſt, vt ſimile eius aliquid Apoſtolicis tẽporibus quaerẽti collectae tantũ occurrãt illae, de quibus iam dixi. citeriora, ſed vetera tamen

ra tamẽ inueſtigãti praeſto ſint diaconiae . agapes videlicet, ſiue eleemoſynarũ in egẽtes ipſos diſtributiones, ſiue erogationes, quamquã hae quoq. ad illa poſſunt Apoſtulorũ referri tempora. id quod paullo poſt etiam breuiter admonebimus. quod olim in clero, ac coenobijs ipſis propriũ quorũdã munus fuiſſe legimus. qua de re exſtat in Vaticana bibliotecha, niſi fallor, homilia. B. Iohannis cognomento Chryſoſtomi. certe veteri meo in libro in quo magni illius Barſanuphii reſponſa multa cõtinentur, ſic legebã, *ἀδελφός τις κρατῶν ἐν τῷ κοινοβίῳ διακονίαν, ἠρώτησε τὸν μέγαν Βαρσανούφιον*. Hoc eſt, Frater quidam, qui diaconiae munere fungebatur in coenobio, magnum Barſanuphium rogauit, & quae ſequuntur. Atq. alibi eodẽ libro, *Μοναχός τις Θηβαῖος ἔσχε χάρισμα διακονίας παρὰ θεοῦ, ἵνα ἕκαστον τῶν προσερχομένων οἰκονομῇ πρὸς τὴν χρείαν*. Hoc eſt, Monachus quidam Thebanus gratiam diaconiae a Deo acceperat, vt vnicuique pro indigentia diſpenſaret neceſſaria. Et ſaepe ſic alibi eodem in libro. Hoc ipſum credo munus intellegens B. Gregorius in nono epiſt. ad Iohannẽ religioſum ſcribit haec: Licet eos, qui quia intentione ſollicitudinis curã egenis ac debilibus inpẽdunt, ſua apud omnes valeat tueri deuotio, melius tamen eſt, ſi per quietẽ ſuam de his muniti fuerint, quae geſſerint, ne inde eis inquietudinis occaſio, vnde magis laudandi ſunt, oriatur. Quia igitur te Iohãnem religioſo intentionis tuae ſtudio prouocati menſis pauperum, & exhibẽdae diaconiae eligimus praeponendum.

Et quae

Et quae reliqua ſunt apud illum. Quem in vſum fere inſtituti etiam diaconi ab Apoſtulis legũtur. ac Romae poſtea etiam diaconi, & diaconae, ideſt ſacra loca, vbi egentium multitudini miniſtrarẽt neceſſaria. Hunc morem ceteros etiam alibi epiſcopos tenuiſſe demonſtrat idem B. Gregorius eodem in libro Epiſt. ad Paſchaſium Neapolitanum Epiſcopum. Similes horum tum in clero, ac monaſterijs, tum apud Reges, ac Principes viros aetas noſtra multis in locis eleemoſynarios vocat. Non ſunt autem vllo vmquã tempore omittẽdae diaconiae, ſed nõ in eoſdem ſemper exhibendae, niſi quamdiu egent videlicet, aut eorũ vtitur opera Eccleſia Dei. Ergo genus ipſum retinendum in perpetuum, non tamẽ idem ſemper homines hoc ipſo beneficientiae genere, hoc eſt diaconiae, etiã ſine profuſae largitionis vitio, ſubleuandi. Quod ipſum cum fit, non cum diminutione beneficia conferuntur eccleſiaſtica, cum beneficia certis eccleſiaſticis viris tantum, diaconiae certis, incerti ſue exhibeãtur hominibus. Neque vero ſum neſcius verbum ipſum penſio legi apud Gregorium in eius epiſtulis, ſed id ipſum ſaepe pro beati Petri pecunia, ſiue reditu ex eccleſiaſticis patrimonijs. ſemel, quod quidẽ meminerim, dubium atque anceps, vel ad id quo de nunc agitur, ſignificandum, vel quod eſſe probabilius puto, pro eo, quem dixi, reditu annuaq. pecuniae, frumenti, aliarumq. rerum perceptione. Sed nos eius epiſtulam ad Anthemium ſubdiaconum totam, in qua verbũ illud anceps legitur, vt erat in peruetеri libro de vita Gregorij ipſius, quam Iohannes diaconus Romanus diligentiſsime perſcripſit, multas eius

Act. 6.

Tit. Vt Eccleſiaſtica benefic. ſine dimin.

epiſtulas ſaepe contexens, deſcribamus. Diſcede ti tibi mandauimus,& poſtmodum praecaeptis diſcurrentibus iniunxiſſe memini, vt curam pauperum gereres, & ſi quos illic egere cognoſceres, ſcriptis recurrentibus indicares. Et vix de paucis haec facere curaſti. Volo autem vt domnae Pateriae thiae meae mox praeſentem iuſsionem ſuſceperis, offeras ad calciatum puerorũ ſolidos quadraginta,& tritici modios quadringentos. Domnae Palatinae relictae Vrbici ſolidos.XX.& tritici modios trecentos. Domnae Viuianae relictae Felicis ſolidos.XX.& tritici modios.CCC.qui omnes ſimul octoginta ſolidi in tuis rationibus inputentur. ſummam vero penſionis ſub feſtinatione educito,& ad paſchalem diem domino auxiliante occurrito. Certe quidem hac ipſa ex epiſtula, ceteriſq. ad eundem Anthemium ſequentibus plane perſpicimus, quae penſionis, ſiue diaconiae ratio atq. uſus fuerit, eamq. nõnũquam annuam: addit enim B. Gregorius non ſemel in epiſtulis ad eundem Anthemiũ uerba illa, Annis ſingulis, & egeſtatem fratrum noſtrorum ſequi tantum ſolitam, atq. eodem hoc eleemoſynarum genere, nõ virorum modo, ſed viduarum etiam ſolitudini atque inopiae cõſultum fuiſſe. Non committam, ut hoc loco uidelicet ſupprimam, quae Cantuarienſis Archiepiſcopus appoſite hanc in ſententiam ſcribit ad Ciſtercienſes, qui decimas, ut idem loquitur, auferebant clericorum. quae cum dominis ſiue clericis auferuntur, alijs tribuuntur, eaedem prorſus ſunt, cum temporum noſtrorũ penſionib. id quod ille cum Pont. maximi voluntate fit, eſſe temporarium, ac neceſſitatis tantum cauſſa dicit inſtitu-

pro, pateriae thiae meae, vitio vt mihi qui dẽ videtur, ſcriptũ legitur, patriarchiae meae. Quo verbo, thia plane graeco vt illa tunc aetatis ſic, vulgo etiam nũc vtitur Italicum.

tum

tum, atq. ipſa cũ neceſsitate deſinere. Nomeñ ipſũ Archiepiſcopi non exprimitur, ſed eius tantũ nominis. A. princeps littera, qui tum ſcilicet notiſsimus fuiſſet, ponitur: id quod in aliorũ nominibus ſaepe fit eodem in libro. Si quis vero obſcura in re conjecturae locus eſt, Anſelmum putant virum ſanctiſsimum, quod proxime ſuperiorib. illis temporib. nemo alius Cantuarienſis Archiepiſcopus fuerit, cuius ab. A. elemēto nomē incipiat. Haec aũt apud Petrũ Bleſenſem omnib. doctrinae pietatisq. laudib. cumulatũ virũ epiſtula numeratur LXXXII. In quã inter cetera ſic erat. Teſtimonio ſacrae paginae decimae tributa ſunt egentiũ animarũ. Et quae eſt haec iniurioſa inmunitas, vt exēpti ſitis a decimarum ſolutione, quibus obnoxiae terrae erant, antequam veſtrae eſſent? & quae ſolutae ſunt hactenus eccleſijs non perſonarũ obtētu, ſed territorij ratione. Si in veſtrã poſſeſsionē terrae deuolutae ſunt, quare in hoc periclitatur alienum ius? nã ad vos terrae iuxta cõmunē aequitatem cũ ſuo onere tranſierunt. Vt quid in alienã iniuriam terras, & nutrimenta veſtra priuilegiari facitis, vt auferatis, quod alienũ eſt? Nũquid Abel de nutrimentis ſuis dominũ non reſpexit? Nũquid iuſtiores eſtis primo omniũ iuſto, & vt vos contra dei iuſtitiã erigatis? Per prophetã praecepit dominus decimas inferri in horreũ ſuum. vos ab eius horreo iubetis auferri. Habet iuſtitia diuinae legis, vt in leuitarũ ſortē cedant decimae. vnde & iuſtitiae Dei manifeſte reſiſtit, qui miniſtris eccleſiae nititur ius decimationis auferre. Sane & ex his, & cõſimilib. ſatis liquet, quod ſi virtus oboediētiae eſſet in ſolutione decimarũ, aut reddituũ, aut in

exhi-

exhibitione iuris alieni, facile detrectaretis oboe dientiae iugū. Milites Galliarū ſibi ius decimationis vſurpāt; nec veſtris priuilegijs deferētes eas a vobis poterer extorquēt. aduerſus eos deberetis inſurgere, nō aduerſus clericos, aut eccleſias clericorū. Debetis recolere vos quandoq. fuiſſe clericos, atq; ſacramenta ſalutis in eorū eccleſijs percepiſſe. Sed Chriſtianae profeſsionis vinculum, & deuotio filialis, adfectus priuilegiales induit, & ſub religionis praetextu tranſijt in cōtemptū. Non ponimus os noſtrum in caelū, nec de facto ſummi pontificis diſputamus. Sed ſi dominus Papa indulgentiā ſpeciali quandoq. praeuilegiauit vos, dū ordo veſter in paupertate gaudebat, dū in vſus egentium ſuae tenuitatis viſcera liberaliter effundebat, potuit tolerari ad tempus, licet in communem redūdaret iniuriam, quod cauſſa neceſſitatis fuerat introductum. nunc autem quando veſtrae poſſeſsiones multiplicatae ſunt, etiam in inmenſum, priuilegia haec potius ambitionis, quam religionis inſtrumenta cēſentur. Et reliqua apud eundē. Quod ſi illi iuſtiſſima querella apud monachos ac religioſiſsimos homines vti licuit, quod rebus aucti non neceſſarijs clericorū decimis fruerentur, quanto iuſtius alii ſunt eōdem condemnandi crimine? Veritatis huius reliquias in epiſcoporum exēplis hodieque licet agnoſcere, quibus dignitatē & redditus ad eam tuendam neceſſarios obtinentibus beneficia, & penſiones, ſi nōn iſdē Pontificis Maximi priuilegio cauetur, retinere non licet. Cum ſint igitur penſiones ipſae, eccſeſiaſticae, piaeque in pauperes eleemoſynarum erogationes, quod pauperi debetur, & erogatur, habenti merito negatur

gatur

gatur. Deſine igitur quiſquis es. pauperum bonis inhiare. ſi eges, nec vt non egeas vllis bonis artib., honeſtiſq. rationibus potes efficere, tu vero e ſanctorum patrũ praeſcripto his ipſis, vt decet, boni, vtere. ſi non eges, miſerere animae tuae, quã egenã in gehennam agens praecipitem, miſer, & caecus is perditum. Vnde te omniũm hominum ſalutis amantiſsimus Paulus Apoſtulus reuocans, qui volunt, inquit, diuites fieri, incidunt in tempiationem, & in laqueum diabuli. Atq. eundẽ mox veras chriſtiani hominis explicantẽ, promentemq. diuitias, & ad earum te ſtudiũ cohortantem potius audi. Tu autem, inquit, o homo Dei, haec fuge. ſectare vero iuſtitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, manſuetudinem, & cetera apud eundem. Quid enim te excuſes ipſe, vt cũ in tuos vſus quem egeſtatis nomine cepiſti diaconiae fructum, aliunde auctus iam vertere nequeas, indigẽtibus te velle dicas tribuere? Quaſi uero munus hoc diuinae gratiae ac vocationis proprium non ſit, quod tute tibi temere adrogas, vſurpas temere. Ad ſacerdotium ſacerdos, & ad diaconiã diaconus vocantur. Animaduertis, opinor, quae ſint Chriſtiani hominis opes, ſpirituales ſcilicet, quas eo veriores, ac magis proprias electi generis eſſe intellegimus, quo nos acrius aliarum reprehẽdenda cupiditate aduerſarius noſter diabulus incẽdere, atq. inlaquaere contendit. cui malo niſi mature fortiterq reſiſtamus, ſerpit in dies latius, ſaeuitque in viſcera, vix vlla ratione ſiſti vt poſſit. Veriſſima eſt enim Iſidori Abbatis illa ſententia, δεινὸς καὶ πάντολμος τῆς φιλοχρηματίας ἔρως 1. ad Tim. capi. 6.

χόρον

κόρον οὐκ εἰδὼς ἐπὶ τὸ ἔσχατον τῶν κακῶν τὴν ἀλοῦσαν ἐλαύνει ψυχήν. Οὐκοῦν ἐν προοιμίοις μάλιστα αὐτὸν ἐλάσωμεν. Κρατήσας γὰρ ἀχείρωτος ἔσται. Vehemens eſt, inquit, & cōfidentiſsima libido auaritiae, quae cum expleri nequeat, quorum animos ſemel occuparit, ad ſummam perniciem deducit. Ergo ſtatim hanc tamquam in prooemio pellamus. Namq. vbi animis ipſis victrix inſederit, expugnari, euellique nō poteſt. Nimirū hoc illud eſt, quod Apoſtulus laqueum dixit, quē in laqueum ſe quis vbi induerit, ab eo explicare ſe ſe, atq. expedire, vel, vt idem loquitur, reſipiſcere non facile poteſt. Quod ne accidat, & tua ope bone IESV, & noſtra vtinam fiat diligentia.

Menda ſic tolle.

F. 4. a. famam. corrige famem.
F. 6. a. adſignaūt. adſignatum.
F. 6. b. nolum. nolumus.
F. 7. a. volum, volumus. viuam. viuamus.
F. 10. a. q. quae.
F. 10. b. & eorum eum.
F. 11. a. rapina eſt.
F. 12. a. lib. vi. caput. dele, caput. debēt, debeat.
F. 16. b. iaquit, inquit.
Reliqua leuiora, quaeq. per ſe quiſq. facile corrigat.

Romę, apud hæredes Antonii Bladii, Impreſſores Camerales. 1581.

Superiorum permiſſu.

BIBL. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.

13